

sacerdotibus, qui ob huiusmodi rationes distulerunt, essent ualidæ et nullo modo reiterandæ, nisi aliud forsan interueniret impedimentum quam quod à tali dilatione haberet originem. Hæc uobis significanda duximus, partim ut multorum conscientijs satisfiat, partim etiam ut ad omnem uos modestiam, charitatem, et humilitatem excitemus tam literis quam exemplo. Quod reliquum est 54, f. 180b. habemus clementissimum Patrem, æquissimos arbitros, neque est quod dubitemus de pristina pace et tranquillitate breuissimè recuperanda. Romæ decimo quinto Aprilis 1602.

Harum literarum exemplarum cum utroque Cardinalium reliquimus qui, communicato cum sua sanctitate negocio, responsum tulerunt, sanctitatem suam uelle et jubere, ut hec ad uos scriberemus<sup>a</sup> unâque moneremus illum intelligere hec omnia in ultimo suo breui in hunc sensum esse determinata et declarata, perpetuumque silentium huic controversiæ imposterum imponi iubet, tam in urbe quam in Anglia, sub censuris in eodem breui contentis.

27. *Catalogus Paradoxorum, et Propositionum Temeriarum quæ in primo scripto Illustr<sup>mis</sup> Cardinalibus Burghesio atque Arigonio exhibito latius ostenduntur.*

Paradoxon Primum de authoritate Sedis Apostolicæ negata in 54, f. 181. constituendo superiore aliquo ecclesiastico in Regno Angliæ.

Propositiones habet quatuor.<sup>b</sup>

1. Prima Pontificem non potuisse Archipresbiterum super eos Exempl. discursuum pag. const[it]uere sine ipsorum consensu, nisi contra canones facere 29. uellet.

<sup>a</sup> Colleton, in reporting the papal sentence (*Just Defence*, p. 293), says nothing of this reference to the last brief and to the command of "perpetual silence," which had been entirely disregarded by both sides. Compare p. 193 *infra*.

<sup>b</sup> The books from which the greater part of the following propositions are deduced are the *Important Considerations*, the *Quodlibets*, the *Dialogue betwixt a Secular priest and a lay gentleman*, and the *Sparing Discovery*, all four attributed to William Watson and disowned by the delegates at Rome. The others referred to are the

Quodl. pag. 163. 2. 2<sup>a</sup> quod sua Sanctitas non solum contra Canones aut Jus Ecclesiasticum peccauit Archipresbiterum instituendo, sed contra humanum, etiam diuinum, naturale nationumque.

Exempl. discurs. pag. 6. Consid. pag. 14. Prefat. ad dialogum. Quodl. p. 63, 166 et 162. 3. Tertia. quod pontifex citra Reginæ ac Reipublicæ Anglicanæ consensum non potuit, nec potest hodie, superiorem aliquem ecclesiasticum in Anglia constituere, et si constituat, quicunque superiori sic ab eo constituto obedierit, legitime castigari poterit amissione bonorum omnium, ac perpetua incarceratione ex præscripto cuiusdam legis penalis perantiquæ, hoc est ante trecentos (inquiunt) annos latæ, quæ vulgo dicitur de Præmunire.

Quodl. pag. 171. 3. Quarta quod summus Pontifex non solum propter legem antiquam de Premunire non potuerit Archipresbiterum in Anglia legitimè constituere, sed neque propter leges recentes Reginæ ac Reipublicæ presentis.

Paradoxum Secundum de preiudicata Pontificis auctoritate in excommunicandis Principibus secularibus.

Propositiones habet quinque.

Quodl. pag. 258. 256. 255. et 260. 1. Prima. Nullo modo expedire ut Pontifex Romanus his temporibus Principem aliquem temporalem excommunicet.

Ibidem. pag. 260. 2. Secunda. Nullam unquam hactenus à summo Pontifice latam esse contra aliquem Principem excommunicationem cuius postea ipsum non penituerit.<sup>a</sup>

Ibidem. pag. 255. 3. Tertia. Tot esse excommunicationum Pontificiarum nullitates ut impossibile ferè sit sic denunciari excommunicationis alicuius

*Copies of certain Discourses, and the Hope of Peace* by John Bennet. The two Latin books by Mush and Bagshaw escape censure. The oath of allegiance censured under Paradoxon Tertium, art. 6, is probably one of the forms printed below, p. 246. Compare the letter of Cecil to Watson, Feb. 1602.

\* Compare the words of Urban VIII. to Cardinal Borgia in reference to the excommunications of Henry VIII. and Elizabeth, exacted at the instances of the house of Austria and the Spaniards, says the pope, "But with what success? The whole world can tell. We yet bewail it with tears of blood. Wisdom does not teach us to imitate Pius V. or Clement VII." etc. Quoted in Simpson's *Campion*, p. 371.

sententiam contra Principem aliquem, ut possent subditi eius secura conscientia illi non parere. Idque planè cerni in excommunicatione contra Elisabettam lata.

4. Quarta. Quod non obstante quacunque, uel maximè ut [principis] hæretici, Pontificis Romani excommunicatione teneantur subditi Principi suo parere. Ibidem pag.  
254. et 255.  
Quodl. 8. ar.  
7°.

5. Quinta. Quod sententia excommunicationis lata per Pium V<sup>um</sup> contra Reginam Angliæ, et bina eius renouatio per Gregorium decimum tertium et Sextum Quintum Summos Pontifices, inualida fuit ab initio et iniquè lata. Ibidem pag.  
252 et 253.

**Paradoxon Tertium contra autoritatem Pontificis in castigandis Principibus hæreticis per gladium temporalem.**

Propositiones habet octo.

1. Prima. Quod summus Pontifex neque debet, neque legitime potest ullum Principem temporalem, uel heresis uel apostasiæ uel alterius cuiuscunque criminis causa, Principatu suo priuare, uel bello persequi, et quod leges ecclesiasticæ ea de re factæ non obligant. Quodl. pag.  
250.  
Considerat.  
pag. 39.

2. Secunda quod si Pontifex ulla de re, etiam religionis Catholicae tuendæ causa, contra Principem aliquem hereticum, nominatim uero contra Reginam Angliæ, arma moueret posse ac debere Catholicos omnes ei resistere, hocque se facturos protestantur. Considerat.  
pag. 38.  
Prefat. ad  
Dialogum.  
Quodl. pag.  
176. 177.

3. Tertia. quod si Pontifex bellum contra Angliam moueret, et uerbis protestaretur Religionis solius restituendæ causa et nullo modo regnum subiugandi id fieri, fidem tamen ipsi adhibendam non esse. 54, f. 182b.  
Ibid. pag. 176.

4. Quarta. Catholicos omnes speciali uoto ac iureiurando dis- tringere se debere ut summo Pontifici, si arma contra Reginam moueret, uiribus omnibus resistant. Ibid. pag. 304.

5. Quinta non tantum superiores leges in bona ac uitas eorum Catholicorum, qui istis hac in re non assentiuntur, ferendas esse sed spiritualia etiam commoda auferenda. Ibid. pag. 303.

Consid. pag. 3.     6. Sexta. Eorum Catholicorum qui Pontifici hac in re con-  
 Juram. ar. 5°. sentiunt et ab ipsis dissentiunt non solum procurandas esse penas  
 Quodl. pag. 229. tanquam ueræ patriæ proditorum ac lesæ maiestatis reorum,  
 uerum etiam propalanda consilia si scientur; idque se facturos  
 profitentur.

Considerat. pag. 20. et 21.     7. Septima non posse excusari à proditionis et læsæ maiestatis  
 his annis preteritis occisi fuere, eo quod profiteri recusauerint se  
 Reginæ contra Pontificem adhesuros si bellum ab eo religionis  
 causa moueretur.

Quodl. pag. 252. 253. 254.     8. Octaua. Neque ipsorum summorum Pontificum facta in  
 Considerat. pag. 9. 14. 15. re probanda esse, sed reprehensione potius digna, nisi quantum per  
 27. surreptionem fortè excusentur.

54. f. 183.     Paradoxum Quartum; de habenda maiori ratione status politici  
 quam rerum ad fidem et Religionem spectantium.

Propositiones habet quinque.

Quodl. pag. 292. 293.     1. Prima. Defectionem à fide in aliquo Principe Christiano non  
 Parca de- preiudicare Regni sui iuri quod possidet.

tectio, pag. 56.     2. Secunda. Heresim uel Apostasiam non debere cuicunque  
 Quodl. pag. obesse qui ius habet successionis in aliquo regno, et quod impium  
 292. et 150. esset Catholicum qui ius alias non haberet ei anteferre.

Ibid. pag. 223. 229.     3. Tertia. Ità uiuendum esse iam sacerdotibus Catholicis in  
 Anglia et extra Angliam, ut neque uerbo, neque scripto, legibus,  
 statutis, uel factis hereticorum contradicant.

Consid. pag. 36.     4. Quarta. Nouam esse ingrediendam promouendæ in Anglia  
 Religionis viam eique planè contrariam quam Alanus Sanderus,  
 Stapletonus, Patres Societatis et ipsi Summi Pontifices hactenus  
 tenuerunt.

Consid. pag. 37.     5. Quinta. Culpam omnem persecutionis quæ hactenus in  
 Quodl. pag. 304. Anglia deseuijt non tam in reginam ac Consiliarios aliosque  
 hereticos quam in ipsos Catholicos esse conferendam.

Aliæ Propositiones temerariæ breuitatis causa prætermissæ. 54, f. 183b.

Prima. Licere ipsis commercium ac tractatum habere cum hereticis hostibusque fidei contra alios Catholicos sibi aduersantes. Ep. ad Dialog. et in ipso Dialogo pag. 49.

Secunda. nullum in toto orbe superiorem posse hoc in eis reprehendere, nisi sit ex eorum numero quos Apostolus uocat: *Principes, et Potestates mundi, rectores tenebrarum harum.* Quodl. saep. Spes pacis, pag. 10.

Tertia. Nullam inobedientiam peccatum esse nisi qua superiori resistitur, et notum eius præceptum contemnitur et impugnatur. Exemplum discursuum pag. 21.

Quarta. nullum prorsus actum inobedientiæ commissum fuisse à presbiteris Appellantibus, dum negabant obedire Cardinalis Caetani ordinationi à Pontifice profectæ. Ibid. pag. 16.

Quinta. Confirmationis sacramentum uel necessarium esse hoc tempore in Anglia durante persecutione, uel vanam et quasi superfluam in Ecclesia Dei ceremoniam esse. 54, f. 184. Ibid. pag. 103.

Sexta. Parochorum, ac secularium sacerdotum perfectiorem esse statum, quam Religiosorum. Ibid. pag. 103.

Septima. Impium et Pharisaicum esse examen instituere, uel discrimen facere de admittendis ad religionem: quia non est personarum acceptio coram Deo. Quodl. pag. 57. 58. et 60. Ibidem. pag. 140.

Octaua. Jesuitas Religiosos non esse sed omnium hominum deterrimos, et plures ad infernum animas trahere quam ipsos Cacodemones, licere etiam ad Apostasiam egressumque ex ipsorum Religione homines hortari. Quodl. pag. 61. 62.

Nona. Exemplum iuramenti impij contra Pontificis auctoritatem quod istorum appellantium nomine circumfertur. Ep. ad Parcam detect. Quodl. pag. 8. 28.

Propositiones istæ datæ contra presbiteros appellantes in causa fuerunt quod Eccellenſiſſimus orator Galliæ Sanct<sup>m</sup>o exhibuerit eiusdem farinæ propositiones ex quibusdam Jesuitarum libris depromptas.

troisième et dernier cahier du discours recueilli de ce qui est passé en laffaire des prestres anglois faict a Rome le 4<sup>e</sup> noue'bre 1602.